

In diébus illis:

- ⁷ **D**ixit Nathan ad David:
«Hæc dicit Dóminus, Deus Israel:
“Ego unxi te in regem super Israel
et ego éruí te de manu Saul;
⁸ et dedi tibi domum dómíni tui
et uxóres dómíni tui in sinu tuo
dedíque tibi domum Israel et Iudæ
et, si parva sunt ista, adíciam tibi multo maióra.
⁹ Quare ergo contempsísti verbum Dómini,
ut fáceres malum in conspéctu eius?
Uríam Hetthæum percussísti gládio
et uxórem illíus accepísti uxórem tibi
et interfecísti eum gládio filiórum Ammon.
¹⁰ Quam ob rem non recédet gladius de domo tua
usque in sempitérnum,
eo quod despéxeris me
et túleris uxórem Uríæ Hetthæi, ut esset uxor tua”».

[11-12]

- ¹³ Et dixit David ad Nathan:
«Peccávi Dómino».
Dixítque Nathan ad David:
«Dóminus quoque tránstulit peccátum tuum;
non moriéris».

Verbum Dómini.